

Da Definire

18 (Annunziata, n. 592)

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Da Definire

18 (Annunziata, n. 592)

1475 gennaio 24, Ind. VIII, Matera

In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo septuagesimo quinto. Regnante ... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum ... eius in hoc regno Sicilie anno decimo septimo ..., mense ianuarii, die vicesimo quarto eiusdem octave indictionis, Matere.

Nos Loysius Thomasii Nicolai de Angelis de civitate Matere per provinciam terre Ydronti tantum regionalis ad contractus iudex, Eustasius Donati de Leone de eadem civitate Matere puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, dompnus Antonius iudicis Petri Martii, dompnus Marianus Iohannis de Scalzone, Oliverius de Noha, dyaconus Blasius Antonelli Scappasceppe, Lucas de Silvestro et Angelus Antonii de Lorto, testes ... de eadem civitate Matere ... fatemur ... quod, constitutis Donato Iohannis de Iacono et Petro Antonio eius filio de civitate Matere ... et dompno Luca Iacobi de Rosito de eadem civitate ..., prefati ... Donatus et Petrus Antonius ... asseruerunt ... se habere ... domum sive griptam unam cum gripticella una ibidem contigua cum forno uno intus in ea, sitam ... intus in Saxo Barisano civitatis eiusdem, in pictagio ecclesie sancti Petri, cum platea ante ipsam et cum cisterna una ad aquam sita intus dictam plateam, iuxta griptam dotalem Iacobi Nardi de la morte, iuxta griptam heredum Tucii de Ghynno, iuxta frontem ipsius gripte ..., et placebat eisdem ... dictam griptam cum gripticella ... vendere Qua propter ... vendiderunt ... prenominato dompno Luce Iacobi de Rosito ... supradictam griptam cum gripticella ..., sub annuo censu ... tarenii unius solvendi anno quolibet imperpetuum

... heredibus quondam Herculis de Nucio ..., pro ...
pretio unciarum quinque Quod scripsi ego prefatus
Eustasius publicus ... notarius ... // (346v).

Ego Loysius Thomasii Nicolai de Angelis reginalis qui
supra ad contractus iudex predicta fateor et me subscripsi

Ego Oliverius de Noha qui supra testis testor

Ego Angelus Antonii De lorto qui supra testis testor

Ego Lucas de Silvestro qui supra testis testor

Ego d. Antonius iudicis Petri qui supra testis testor

Ego dopnus Marianus Iohannis de Scalczonis qui supra
testis testor